

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.





DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
EFFECTU REI  
JUDICATAE

QUAM

FAVENTE DIVINO NUMINE  
EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFI-  
CI IN ILLUSTRIS JULIAE AUCTORUM ORDINIS  
SUB PRAESIDIO

DN. DANIELIS CLASENII

J. V. D. JUR. CAN. ET FEUDAL. PROFES-  
SORIS PUBLICI, AMPLISSIMAE  
JURIDICAE FACULTATIS HODIE  
DECANI SPECTABILIS


PATRONI AC PRAECEPTORIS SUI RE-  
VERENTER COLENDI  
PRO LICENTIA.

Summos in utroque jure honores consequendi  
Solenni Eruditorum examini subjicit  
PETRUS CHRISTOPHORUS HEMPELL

Stadensis.

Ad D. 16. Septembris

Horis ante & pomeridianis



HELMSTADII,

Typis JACOBI MULLERI, Anno MDCCCLXXV.





DISSERTATION

DE

RE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE







I. N. D. N. J. C.

Disputationis

de

Effectu Rei Judicatae

Thesis I.



Res judicata dicitur à Re & Judicare; Res in jure nostro varias admittit significationes, uti videre est apud Calvinum in *Lexico Juris*, hinc nihil aliud denotat quam litem seu controversiam *l. 1. ff. de transact. l. 7. ff. de restit. in integr. l. 8. §. 1. ff. de inoff. test. l. 22. §. penff. ratam rem.* Judicare est quasi jus dicere teste *Varrone*; Est vero inter jus dicere sive judicare & jus dicere magna differentia. Jus enim dicere apud Romanos dicebatur Magistratus, cum in causis privatis & pecuniariis judici dato formulam juris & æquitatis præscribebat, & quasi jus constitutebat; judicare verò dicebatur judex, quando factò secundum istam formulam cognitò jus huic vel illi assignabat vid. *Duarenus Disp. l. 1. c. 53. pr.* Et si fortè ob personarum vel causarum qualitatem ipse Magistratus causam controversam examinabat & decidebat, tum extra ordinem procedere dicebatur. Hinc post sublatum judices dandi morem judicia extraordinaria facta esse dicuntur *§ fin. §. de Interdictis.*

A 2

II. Si



II.

Si igitur vim vocis inspiciamus, *Res judicata* dicitur, quando super re controversa sententia à iudice est pronunciata, l. 14. C. d. appell. Simul ac enim sententia est prolata, censetur jus factum applicatum, iudicisq; officium finitum l. 55. ff. de Re jud. & quando iudex sententiam dicit, ea mente pronunciat, ut secundum eam litigantes à tota lite discedere velit l. 19. §. 1. ff. de receptis. ad eoque de Jure Civili res judicata dicitur, etiamsi remedium appellationis vel supplicationis adhuc sit integrum, & res judicata suspendi vel extinguì possit arg. l. 32. C. de transf. act. l. 1. §. ult. ff. ad S. C. Turpill. l. 6. §. 1. ff. de his qui not. infam. Quoniam verò tum demum perfectè controversia finita, & iudicis pronunciatò sublata esse dicitur, quando decem dies (post quos appellare non licet Nov. 23. c. 1.) effluerunt, ideo jure Canonico sententia in rem judicatam transiisse tum demum dicitur, quando intra legale tempus nullum remedium suspensivum fuit adhibitum e. 13. c. 15. X. de re jud. Hinc Carpz. de process. tit. 16. art. 4. §. 1. n. 7. talem formulam sententiam ferendi refert. *Diessel wider das gesprochene Urtheil die Partheyen sich keines remedii suspensivi gebrauchet/so hat es nunmehr seine verbindliche Krafft rechtens errechet.* Et talis sententia dici solet germanicè, *daß Sie Krafft rechtens errechet oder in Krafft rechtens getreten sey/ & causa ipsa dicitur eine entschiedene oder abgeurtheilte Sache.*

III.

*Res judicata* aliis quoque nominibus in nostro jure exprimi solet, dicitur enim (1.) *judicatio* l. 3. C. de pedan. Jud. (2.) *terminatum transactumque negotium* l. 3. C. de fruct. & lit. expens. (3.) *absolutum dimissumque judicium* d. l. 3. (4.) *judicatum* l. 47. pr. ff. de re jud. Est verò *Res judicata* causa, quæ finem pronunciatione iudicis vel condemnantis vel absolventis perfectè accepit.

IV.

In allata descriptione (1.) dicitur causa, quæ finem accepit:  
Nam.



Nam quam diu res controversa & nondum decisa est, res iudicata dici non potest: nulla enim sententia est, quæ non eâ mente est prolata, ut litigantes à controversia discedant, *d. l. 19. §. 1. ff. de Receptis arbit.* Nihil verò refert, an controversia super articulo incidenti, an super tota causa sit finita. Neque tantum est sententia & res iudicata, quando causa principalis, sed etiam suo modo cum articulis incidens vel emergens pronuntiatione iudicis finitur, sive causa in possessorio sive in petitorio sit agitata, sive sit iudicium reale sive personale vel mixtum vid. Dn. Hahnus *in obs. ad Wesenb n. 4. ll. Ummius. ad precess. jud. disp. 19. th. 4. n. 17.*

V.

(2.) dicitur *perfectè* ad differentiam sententiæ, quæ nondum transit in rem iudicatam, sed per supplicationem, revisionem, reiterationem aut appellationem potest suspendi vel extinguï. Quamvis enim, ut supra dictum, de iure Civili res iudicata dicatur, simul ac sententia est pronunciata; nos tamen rem iudicatam in excellentiore significato iure Canonico & moribus hodiernis recepto describere volumus. *Perfectè* autem  *finita* dicitur  *controversia*, quando vel per lapsum temporis exclusa est appellandi aut supplicandi licentia, aut quando lis per tres conformes sententias est decisa *l. un. C. Ne liceat tertio provocare* Thesaurus  *Decis. 122. Scaccias de appell. q. 17. lim. 1. n. 2.* Si tamen ista lex unica rectè perpendatur, non tam statuitur quod tres conformes sententiæ faciant rem iudicatam, sed quod in eadem lite super iisdem capitulis tertia provocatine non liceat uti *Mev. p. 1. D. 63.* Unde nec in Camera Imperiali tres conformes sententiæ rem iudicatam facere putantur *Mynsing cent. 1. obs. 15.* Volunt etiam nonnulli, quod in materia liquidationis duæ conformes sententiæ rem faciunt iudicatam *Marta Neap. Dig. noviss. tit. res iudicata c. 12.* an autem hæc sententia indistinctè sit admittenda, vehementer dubitatur.

VI.

(3.) Fit mentio *iudicis*. Ut enim sententia pro re iudicata habeatur, necesse est, ut ius dicendæ sententiæ sit in proferente. Si

A 3

quidem



quidem sententia ab incompetente iudice, aut à tali, qui jus dicen-  
dæ sententiæ non habet lata est ipso jure nulla. Gail. 1. Obs. 42.  
n. 8. & lib. 1. Obs. 123. n. 2. Vant. de nullitate ex def. juris d. Colleg.  
I. Arg. tit. de Re jud. th. 7. Sæpius tamen à collegio sapientum  
concepta à iudice publicatur, & sic perinde habetur ac si ab ipso  
iudice sit concepta, ut ita pronunciata omnino in rem judicatam  
transire possit. Bachov. ad Trent l. vol. 2. Diss. 23. th. 2. lit. B.  
Carpz. p. 1. c. 26. d. 1. Putant nonnulli distingvendum esse, an ju-  
dicis nomine sit concepta v. g. Erkennen wir N. N. auff eingeholten  
Rath der Rechts-gelehrten vor recht &c. an verò non sit concepta  
nomine iudicis adjecto, priori casu robur illi sententiæ tribuunt,  
posteriori verò non. Verum utroque casu, si modo ab ipso iudi-  
ce sit pronunciata, rem judicatam facere posse, facile apparet, nihil  
enim quoad hoc refert, an ipse iudex propriâ virtute, an verò al-  
terius consilio sententiam conceperit. Bachov. d. l. Unde & Ele-  
tor Augustus part. 1. Const. 26. ita in genere concludit, wir ordnen/  
dass die also publicirte Urtheil kräftig seyn / auch in rem judicatam  
ergehen sollen. Illa verò responsa Prudentum, quæ non ad con-  
sultationem iudicis emanarunt: neque à iudice tanquam sententia  
sunt publicata, rem judicatam facere non possunt. Et licet à col-  
legio Ictorum peregrinorum ad consultationem iudicis concepta  
sententia, non tamen à iudice sit publicata, quod notoriè sit contra  
consuetudinem vel statutum loci, nunquam in rem judicatam tran-  
sire potest. Mev. p. 2. D. 268. Nam nec ipsi assessores vel consili-  
arii iudicis sententiam pronunciare valent. N. 60. c. 2. §. 1. Quid  
verò juris sit, si plures sint iudices, docuit Consultissimus Dn.  
H. hnius in obs. ad VVes. de Re jud. n. 6.

## VII.

(4.) Additur *pronunciatio*, hæc enim adeò necessaria est,  
ut sine ea sententia sit nulla. Hæc pronunciatio sive publicatio,  
ut ritè fiat, requiritur (1.) ut partes ad certum diem audiendæ sen-  
tentiæ causa citentur l. 47. ff. de Re jud. Francisc. Vivius lib. 1. D.  
154. Gail. lib. 1. Obs. 109. Cujus ratio videre est apud Mevium  
p. 1. D. 6. n. 2. non quidem ut Wesenbecius vult, tribus edictis, sed  
cum



cum litigantes satis auditi sunt, unica citatio cum admonitione  
sufficit. B. Hahn. *in Obs. ad VVesemb. de re jud. n. 7.* Et quidem,  
si litigantes generali citatione ad totam causam ab initio sint vo-  
cati, hæc ipsa est sufficiens, nec opus est peculiari citatione ad au-  
diendam sententiam. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. Disp. 4. th. 6.*  
(2.) ut litigantes vel ipsi, vel eorum mandatarii sint præsentis l.  
47. ff. *de re jud.* si tamen citatus contumax sit in non veniendo pro  
præsentis habetur. Gothofr. *ad d. l. 47.* (3.) recitanda sive præ-  
legenda est sententia ex scripto l. 2. 3. ubi Dd. C. *de sent. ex peric.*  
*recit.* Camill. Borell. *summ. dec. tit. 30. tom. 2. n. 3.* Maranta p. 6.  
*decis. jud. art. 1. de sentent. n. 12.* Excipiuntur vero hic sententiæ  
à Principe ab Episcopo in causis Clericorum à iudicibus illustribus  
latae, item sententiæ in causis minoris momenti, & in causis schola-  
rium pronunciatae; hæc enim sine scriptura publicari possunt. Coll.  
Jur. Arg. *tit. de Re jud. n. 57.* (4.) Requiritur, ut ipse iudex sen-  
tentiam pronunciet l. 2. C. *de sentent. ex peric. recit.* Hodie ta-  
men omnibus iudicibus, id quod olim illustribus iudicibus tan-  
tum concessum fuit, liberum est, ut vel ipsi vel per alios puta Secre-  
tarios vel Actuarios sententias recitent. Vult. *de jud. lib. 3. c.*  
*11. n. 100. 101. 102.* (5.) In loco consveto & tempore statuto sen-  
tentia est pronuncianda, non enim clam nec die feriato, nec alio  
die, quam quæ statuta, nec noctu est ferenda Nov. 82. c. 3. uti hoc  
cum suis exceptionibus & limitationibus Dd. *ad tit. de Re jud.* ob-  
servare solent.

#### VIII.

Denique additur, quod iudex *absolvat vel condemnet*, nam  
ut sententia vires rei iudicatae nanisci possit, necesse est, ut iudex  
litigantes à lite vel absolvat vel condemnet. Hahn. *ad VVes. de*  
*re jud. n. 7. verbis absolv. & condemnat.* Ut verò hæc absolutio vel  
condemnatio rectè procedat opus est, ut personæ litigantes habe-  
ant jus standi in iudicio & propter legalem absentiam à compari-  
tione non impediuntur, frustra enim condemnatur, qui ne qui-  
dem jus standi habet in iudicio, quod adeò verum est, ut si pu-  
pilli tutor, qui hæcenus causam pupilli egit, post conclusionem  
in



in causa decesserit, sententia publicari non possit, antequam alius substitutus sit tutor. Si tamen sententia pupillo utilis publicata sit, propter absentiam tutoris non vitiatur. *Carpz. part. 1. Dec. 44.* Deinde requiritur, ut condemnatio vel absolutio fiat circa id, quod in iudicium deductum fuit *l. 18. ff. comm. divid. l. fin. C. de fidei. com. libert.* quid verò in iudicium sit deductum, potissimum æstimatur ex libello & natura actionis rei que petitæ conditione, licet enim quid non expressè sit petitum; si tamen ex actionis aut rei petitæ natura appareat, quod hoc vel illud præstandum sit, tacitè petitum censetur, & à iudice in condemnatione vel absoluteione attendi debet. *Hartm Pistor. obs. 102. n. 8. Zanger de except. part. 3. c. 17. n. 32. & hoc ipsum confirmat Carpzov. Ipr. for. p. 1. c. 26. d. 8. lib. 1. Resp. Elect. tit. 7. Resp. 70. & tit. 8. Resp. 70. n. 8. 9. & lib. 3. tit. 10. Resp. 97. n. 23. & 26.* Ubi talem subiungit decisionem *Ob nun wohl sonst alle wege die sententia dem Klag libell gemess seyn muß / dergestalt das der Richter ein anders oder aus einer andern Ursache / als im libel lge- setzet und gebeten zu verabscheiden und beklagten zu vertheilen nicht befuget; Dieweil Ihr aber dennoch auffer zweiffel nach gestalt die- ser Sache auch auff die eingehobene Früchte in der angestaltten Klag- ge Euer Absehen gehabt / auch sonst in petitione hereditatis wegen der Früchte / ob gleich solche aus trüeklich nicht gebeten worden / ers- tant werden mag / so ist auch vorgedachter Abschied zu rechte bestän- dig.* Quin etiam iudex temerarium litigantem in expensas con- demnare possit, licet hoc expressè petitum non sit, dubium non est. *N. 82. c. 10. l. 16. §. 6. C. de jud. Gail. 1. Obs. 151. n. 21. Myns. cent. 2. O. 22. & Cent. 4. obs. 55.* Interdum etiam condemnatio fieri potest, ut loco rei petitæ adjudicetur æstimatio. *Carpz. lib. 3. Resp. tit. 10. resp. 99.* Porro certum quid exprimendum est, de quo fiat absolutio vel condemnatio, si tamen ex relatione ad acta vel ad certum instrumentum certitudo hæc appareat, aut si natura acti- onis generalem vel alternativam sententiam requirat, sententia referens vel generalis vel alternativa non vitiatur. Et hæc abso- lutio



Iutio vel condemnatio in sententia definitiva debet esse pura non  
 conditionata *l. 1. ff. quando appell.* Si tamen conditio sine nova  
 cognitione iudicis possit purificari, etiam sententia definitiva sub  
 tali conditione concipi potest. Sic v. g. valida est sententia sub  
 conditione, si actor juraverit. *manz. decis. Palat. quest. 58 arg l. 12. C.*  
*de reb. cred. Carpz. Ipr. F. part. 1. const. 26. def. 9. 10. & 11. Zæsius ad Dig.*  
*tit. de re jud. n. 101.* Denique hoc observandum est, ut Iudex secundū  
 iura & leges ita faciat condemnationem & absolutionem, quem-  
 admodum se ipsum in sua causa iudicari velit; ut verò causam ab-  
 solutionis vel condemnationis addat, non tantum non est neces-  
 sarium, sed sæpè periculosum. *Don Gars. Mastril. Decis. 26. n.*  
*155. vid. tamen Dn. Hahn. in obs. ad Wes: de re jud n. 7. Zanger. de*  
*sentent. & re jud. c. 16. n. 41. & seqq. Felin. ad capit. sicut nobis X.*  
*de sent. & re jud.* Si tamen iudex causam expresserit, eaque falsa  
 sit, duplicem distinctionem adhibet *Carpz. lib. 3. Resp. Elect. tit.*  
*10. resp. 98. n. 15. & seq. PRIMO* utrum in sententia unica solū  
 causa, vel plures pro rationibus decidendi fuerint expressæ. Pri-  
 ori casu, si causa illa unica, super qua sententia est fundata, depre-  
 hendatur falsa, non poterit subsistere iudicis pronunciatum *arg.*  
*cap. ex parte. X. de concess. prebend. cap. cum ex literis vers. nos X.*  
*de in integr restitut.* Casu verò posteriori, si unica ex pluribus  
 causis sit vera, firma est sententia inspectâ potius causâ verâ quàm  
 falsâ. *Gloss. in l. si quis ad exhibendum 18 ff. de except. rei jud. Dein-*  
*de* an causa sententiæ inserta sit falsa tantummodo in facto, an ve-  
 rò in iure, an in facto & iure simul. Priori casu valet sententia,  
 sed ope exceptionis rescinditur: posteriori casu, quando sententia  
 est directò contra jus scriptum, ubi ex errore pro iure habetur, quod  
 non est, sententia est nulla *l. 2. C. quando prov. non est nec.*

IX.

His ita in genere notatis & pro instituti ratione rudi penicil-  
 lo adumbratis in specie de nobilioribus rei iudicatæ effectis erit  
 agendum. Dum verò ipse Princeps est fons jurisdictionis, &  
 eminentem potestatem jus dicendi, legesque authenticè interpre-  
 tandi habet *l. ult. C. de LL.* ita ut quod Principi circa actiones mora-

B

les



Ies placuit, ut pro jure servetur, legis habeat vigorem l. i. ff. de const.  
*Princ.* Hinc res judicata, quæ à Principe profecta est, primaria  
autoritatis est, ac nobilissimum maximèque communem producit  
effectum. *PRIMUS* igitur effectus rei judicatae, non quidem o-  
mnis, sed illius tantum, quæ ex sententia Principis oritur, est, quòd  
faciat jus commune, & sit instar legis §. 6. §. de §. N. G. & C. l. 1. §.  
1. ff. de Const. Princ. l. fin. C. de L.L. ibi causam cognitionaliter ex a-  
minaverit. Franc. de Ripa lib. 2. interpret. C. si quando n. 30. de  
Rescriptis Alex. de Imola in l. sepe num. 73. de re jud. Ut tamen hæc  
res judicata Principis jus faciat, requiritur, ut causam plènè cogno-  
verit §. 6. §. de §. N. G. & C. ibi cognoscens decrevit. Etenim sen-  
tentia Principis aut Papæ absque præcedente sufficienti causæ co-  
gnitione lata est nulla, nec unquam in rem judicatam transit, aut  
rei judicatae effectum sortiri potest. *Cons. Arg.* no. n. 86. v. 1.  
Decius *cons.* 544. n. 18. & *cons.* 606. n. 9. Et teste Bartolo, quem re-  
fert Cephal. *Cons.* 619. n. 13. sententiam proferens absque cogனி-  
tione potius fulminare quàm jus dicere putatur. Deinde requirit  
Bachov. in *Com. ad Dig. de J. & §* p. 40. Ut ipse Princeps cogno-  
scens pronunciaverit. Sæpius enim Imperatores tam Romæ quàm  
Constantinopoli soliti sunt non solum in curia Senatorum cogni-  
tionibus interesse, verùm etiam in foro Prætorum judiciis interve-  
nire, ac in eodem tribunali sedere & jus reddere. *Causabon ad*  
*Sveton. in vita Aug. c. 33. verb. ipse jus dicit assidue.* Et ne Princi-  
pes Romani quid statuerent, quod sapientum judicio non posset  
probari (hoc enim minus convenire Principi monet Baldus in  
*cons.* 91. col. 2. lib. 4. *Cons. Arg.* 65. n. 54.) solebant in consilium  
vocare Proceres Palatii & Senatores l. 2. §. 8. C. de L.L. l. 6. C. de  
*Usuc. pro empt. l. 6. C. qui bon. ced. poss. l. fin. ff. de hered. instit. l.*  
*3. C. Th. de off. jud. milit.* Denique requirunt, ut sententia fuerit  
definitiva non interlocutoria. Verum & interlocutoriam certo casu  
legis auctoritatem mereri ostendit B. Hahnus in *Obs. ad wes. de*  
*Const. Princ. n. 1. in fin.* Similem effectum constituendi juris com-  
munis etiam Rescripta justitiæ apud Romanos habuisse constat ex  
l. 1. §. 1. ff. de Const. Princ. Kleinschmid. de *Princip. jur. tr.* 4. sect.  
2. n. 20. Franzk. de *Const. Princ. n. 32.*

Quo-



## X.

Quoniam verò hodie nostra Respubl. Rom. Germanica plañe alia est à pristina Reipubl. Romana forma, nec potestas Legislativa penes solum Imperatorem Romanum residet, nec Rescripta nec sententiæ Imperatoris jus quoddam universale in Imperio constituere valent. Non enim, uti nonnulli volunt Ordinum & Statuum Imperii consensus ut consilium aliquod ad legem ferendam adhibetur, sed est hic consensus Ordinum de necessitate. Hinc passim legimus, quod ita inter Cæsarem & Ordines ultro citroque conventum sit, velut in Decreto Maximiliani de Anno 1497. Wir als Römischer König mit sambt Unsern und des Römischen Reichs Churfürsten/ Fürsten Ständen und gemelner Versammlung auff dem Reichstag allhie zu Freiburg gesetzt und geordnet / Sic in ordinatione Regimenti de Anno 1500. expressa hæc clausula legitur Mit einmüthigen zeitigen Rath und Willen auch zugeben und annehmen &c. vid. Carpz. de L. Reg. c. 3. sect. 1. Paurmeister l. 2. de iurisd. c. 2. n. 84. & latius hæc deducuntur in insigni disputatione olim sub præsidio Dn. Bœcleri habita de legislatore Germanico. Hinc etiam in Capitulatione Leopoldi Imp. art. 38 hæc leguntur verba. Wir wollen und sollen auch &c. andern Gesezen und Ordnungen/ so iezo gemacht/ oder künfftig durch Uns / mit der Churfürsten Fürsten auch andern Ständen des Reichs/ Rath und zuthun möchten auffgerichtet werden/ zu wieder kein Rescript, Mandat, oder Commission außgeben lassen/ oder zugeschehen verstarren in einige Weise oder wege &c.

## XI.

Quid verò de rebus iudicatis summorum Imperii nostri iudiciorum sit statuendum, non una omnium est sententia. Autor Consilii 86. n. 30. vol. 2. Cons. Arg. putat, quod Decisiones & sententiæ Camerales pro jure communi & constitutionibus Imperialibus censerì atque haberi debeant arg. l. 1. ff. de Const. Princ. quoniam iudicium Camerae tam à Cæsare quàm Imperii Statibus constitutum, & hucusque continuatum existit. Gail. 1. Obs. 41. n. 4. & Vultejus Cons. 21. n. 263. & seq. vol. 3. Cons. Marpurg ita scribit,

B 2

bit,



bit *Sententia Cameralium etiam communissima opinioni contraria  
preferuntur, & secundum eas sese inferiora iudicia conformare ne-  
cesse habent, nisi in illis quid sit peculiariter receptum, quoniam  
a Camera Imperiali Imperatorem & Status Imperii Romani repræ-  
sentantem decisa vim legis habent.* Idem statuere videtur Joh.  
Borcholten p. 1. *cons.* 12. p. 163. *col.* 1. *Christin u. l. Dec. 1. & v. 2.  
Dec. 63.* Rectius verò sentire videtur *Sauterbach concl. for. Excer.  
3. th. 6.* quod res in Camera imperiali iudicatæ non quidem ha-  
beant vim legis universalis, iudiciis tamen inferioribus insigne  
præbeant exemplum. Non enim Assessores huius iudicii con-  
stituti sunt, ut leges condant sed ut secundum leges & mores ju-  
dicent, ferre autem non potest legem, nisi cui id concessum est *l. fin.  
C. de L. L. Scacc. de sent. & re jud. gl. 14. q. 24. n. 8. & 9. Cothman  
vol. 1. Resp. 13. n. 127. Everhard à Middelburg Topical. leg. loco 95. n.  
10. & secundum allegata Honded. vol. 1. cons. 22. n. 30.*

XII.

In singulis porro territoriis nostri Imperii quasi particula-  
res quædam republicæ cernuntur, ita ut Electores & Principes suis  
territoriis instar Regum præsent, & Jure superioritatis territorialis  
regalia ac legislativam potestatem exercent, *Nicol. Myler ab  
Ehrenbach de Principibus & Statibus c. 39* Non una tamen est ratio  
ferendarum Legum provincialium, siquidem in quibusdam locis  
Ordinum Provincialium consensus est necessarius *Limnæus l. 4.  
Jur. publ. c. 8. n. 255.* in quibusdam verò locis adhibetur quidem  
ordinum, utpote in rebus patriis optimè peritorum consilium,  
non tamen ut consensus eorum sit necessarius. Ubi igitur Prin-  
ceps solus leges condere potest, etiam solus absq; Ordinum con-  
sensu Rescripta publicare, suisque sententiis vires rei iudicatæ ad-  
eptis legis robur communicare potest, ut Rescripta, & ea, quæ  
Princeps cognoscens decrevit, vim legis localis habeant, & subdi-  
tos, aliòsque in territorio existentes certò modò adstringant. *arg.  
§. 6. J. de J. N. G. & C. l. 1. §. 1. ff. de const. Princ. l. ult. C. de L. L.  
Myler d. l. c. 40.* Si tamen decretum vel sententia Principis per  
appela



appellationem aut provocationem ab effectu suspendatur, istum effectum habere non poterit.

XIII.

*SECUNDUS* Effectus rei judicatae est, quod finiat officium iudicis. Post rem enim judicatam iudex sive bene sive male pronuntiaverit, officio functus est, & iudex esse definit, in illa sc. controversia, in qua pronuntiavit *l. 55. ff. de re jud.* Sed hic effectus potissimum competit sententiae definitivae. Si enim sententia definitiva pronunciata sit, post rem judicatam adeo finitum censetur officium, ut ne quidem ipso die rei judicatae iudex sententiam corrigere, aut mutare possit *l. 14. l. 42. l. 62. ff. de re jud. l. 9. C. de sent. & interlocut l. 1. sent. resc. non posse.* Richter *vol. 1. Conf. 39. n. 13.* neque super expensis nec usuris postmodum pronunciare valeat. Interlocutoria vero sententia pure talis non ita finit iudicis officium, hanc enim iudex ad definitivam usque sententiam potest retractare, augere, corrigere vel minuere *l. 14. ff. de re jud. Cravetta Conf. 134. n. 49. in fine.* Rutger Ruland de commissariis *p. 3 lib. 9. c. 14. n. 18. & 17.* Ubi praedictis confirmat, quod etiam si ante lapsum decendii petita non sit revocatio interlocutoriae, tamen a iudice sit concessa. In causa *Graff Philipsen von Nassau contra den Graffen von Salm* in causa *Pfalz, Graff Georg Hans contra Wilhelm Münich von Wilsberg.* Et ita hoc etiam in Regio Tribunali Wismariensi observatum refert B. Dn. Mevius *p. 2. Dec. 274.* In hac tamen revocatione iudex circumspectus esse debet, ne temere revocet, & post executionem alteri jus auferat, vel nimium variet. Unde *Ummius de Process. Disp. 19. th. 5.* varia circa hanc revocationem monet, & ferè undecim casus proponit, ubi interlocutoriae revocatio fieri non possit, quae cum longa forent hic recensere, isthuc benevolum lectorem remitto. Dum etiam hodie transmissiones actorum ad Jctorum collegia passim obtinent, iudex post decretam transmissionem illud decretum temere revocare & ipse in causa pronunciare non potest. *Mev. p. 3. Dec. 68.* Si tamen iusta causa hoc svadeat, revocatio istius decreti fieri potest.

B 3

Licet





## XIV.

Licet verò iudicis officium per rem iudicatam finitum dicatur, si tamen l. inter partes ita conventum fuerit, ut res iudicata de novo excutiatur, iudicis officium quasi reviviscit, ut Iudex de novo cognoscere & pronunciare possit. Cavalcanus p. 1. Dec. 10. n. 16.  
 II. Non prohibetur iudex, si fortè in sententia usurarum & fructuum nullam fecerit mentionem, eodem die sententiam supplere. Dum enim hæc sunt accessoria causæ principalis, in continenti sententiæ adjungi possunt, ut perinde sit, ac si in ipsa sententia fuerint expressa l. 42. ff. de re jud. l. 3. C. de fruct. & lit. exp. Si tamen usuræ ex contractu debeantur, nec dum in iudicium petitiæ fortis deductæ sint, licet iudex in sententia condemnatoria de solvendis usuris nullam fecerit mentionem; tamen coram eodem Iudice novâ actione peti possunt. Mev. p. 3. Dec. 420.

## XV.

De expensis in sententia omissis idem ferendum iudicium, quod sententiam ipso die pronuntiationis supplere, & condemnationem in expensas ad jungere, post intervallum vero & sequenti die non possit d. l. 42. & ibid. Dd. de re jud. Nefas enim putatur post absolutum dimissumq; iudicium ex primæ litis materia alteram litem exurgere l. 3. in f. C. de fructib. & si causæ semel fuerint decisæ judiciali sententia, quam nulla provocatio suspendit, ne Principis quidem Rescriptum in contrarium est admittendum. l. 3. C. sent. resc. non posse. Klock. conf. 96. n. 15. & seqq. v. 2. Distinguendum tamen est, an expensæ ex officio iudicis, an verò ex contractu vero vel quasi debeantur, aut jure actionis peti possint? De istis, quæ officio iudicis decerni solent id quod dictum est, intelligi debet. Mev. p. 2. Dec. 293. aut si in libello petitiæ, in sententia verò planè omissæ sint expensæ, ut ne quidem in genere victori sint reservatæ, iudex à restitutione expensarum, condemnatum in causa principali tacitè absolvisse putatur. Klock. v. 2. conf. 96. n. 15. & 18. Menoch. lib. 2. pres. 89. Quod si verò ex peculiari obligatione debentur, & distincta actione peti possunt, non censentur damnum victoriæ amissæ, nec pro accessorio causæ prin-



principalis habentur, sed novâ & separata actione peti possunt.  
Klock. *d. cons. 96. n. 36.* Sententia enim separatam & distinctam,  
actionem tollere non valet. Jure verò actionis peti possunt, si  
vel peculiariter inter contrahentes actum sit, ut si obligationi non  
satisfaciens judicis autoritate compellendus sit, expensas refun-  
dere velit. Borgnin. Cavalc. *p. 1. Dec. 15. n. 29.* Berlich. *p. 1. Dec.*  
*127. n. 4.* Vel si quis in processum concursus creditorum aliquid  
impenderit quasi negotiorum gestor hoc repetere poterit. Dn.  
Brunnem. *ad l. 42. ff. de re jud.* vel si victus contumax fuerit, tunc  
enim expensas actione in factum peti posse tradit Faber *lib. 7. Cod.*  
*tit. 17. def. 3. n. 5.* Klock. *vol. 2. cons. 96. n. 35.* Addunt si ex lege  
statuto vel canone expensarum restitutio in specie sit injuncta, tunc  
enim per conditionem expensas post rem judicatam peti posse v.g.  
si quis temerè appellaverit *c. reprehensibilis X. de appell.* Faber *d. l.*  
vel si quis aliquem criminis temerè accusaverit, reus post senten-  
tiam absolutoriam expensas petere potest. Const. Carol. *art. 12.*  
putat etiam Berlich. *p. 1. Dec. 127.* quòd post determinationem  
causæ principalis expensæ omissæ per implorationem officii judicis  
peti possint; Verum si inspiciamus *l. 42. ff. de re jud.* hæc Ber-  
lichii sententia non est admittenda. Dn. Brunnem. *ad d. l. 42.*  
*in fine.*

#### XVI.

Quoniam tamen declaratio sententiæ nihil novi statuit, sed  
solū id, quod antea dictum vel scriptum est, apertius & significan-  
tius explicat, iudex sententiam, quæ vires rei judicatæ adeptæ est,  
declarare & interpretari potest. Gail. *lib. 1. Obs. 116. n. 3.* modò sub  
prætextu declarationis priorem sententiam non immutet, corrigat,  
vel novi quid ipsi addat. Ernest. Cothman *vol. 1. resp. 38. n. 478.*  
*& seqq.* Scaccias *de sent. & re jud. gloss. 14. quest. 17. n. 20. & seqq.*  
Vult tamen Baldus, quòd iudex non nisi semel tantum suam sen-  
tentiam declarare & interpretari possit. Don Garfias Mastrillus.  
*Dec. 23. n. 2. p. 1.*

#### XVII.

TEXT. US Effectus rei judicatæ est, quòd finiat causam in-  
ter-



ter litigantes agitatam, nec possit retractari *l. 1. 2. & 4. C. de re jud.*  
Dum enim publicè interest, ut litium aliquis sit finis, & concordia  
inter cives restauretur, lites semel re judicatâ sopitas resuscitare  
non licet. Hahnus in *Obs. ad wesenb. de Re jud. n. 4. in fin.* Goëden  
*Conf. 57.* Cavalcan. *p. 1. D. 10.* Et is, qui contra se habet autorita-  
tem rei judicatæ, perpetuo filere tenetur, & impudens vocatur, ac  
infamia dignus censetur, qui ausus fuerit adhuc aliquod auxilium  
per supplicationem petere. *l. fin. C. ut lite pend. ibique Jason.* Mas-  
cardus *de probat. concl. 1363. n. 30.* Hinc Cicero in Orat. pro A.  
Cluentio extremæ impudentiæ esse statuit, judicata labefactare,  
Richt. *p. 1. Conf. 33. n. 35.* Infamiæ tamen pœna in *d. l. fin.* contra  
eos, qui adversus rem judicatam supplicant, statuta hodie non est  
in usu. Brunnem. *ad d. l. fin.*

### XVIII.

Sunt tamen casus, ubi res judicata vel per restitutionem in  
integrum vel alio modo potest retractari. Et quidem si iudex me-  
tu compulsus sententiam pronunciaverit. Ubi tamen distinguen-  
dum est, an iudex in genere sit compulsus ad iudicandum, & ita ar-  
bitrio adhuc relictum sit, qualem sententiam ferre velit: an verò in  
specie ad hanc vel illam sententiam ferendam sit adactus? Priori  
casu non facilè retractatur, posteriori verò casu ipsò jure quidem  
valet, nisi sit contra leges & jura, ( tunc enim plane nulla est ) per  
restitutionem tamen in integrum est retractanda, & læso ex hac  
sententia datur vel actio vel exceptio vel replicatio metus. Dum  
enim actio quod metus causa contra quemcunque possessorem da-  
tur, poterit læsus per talem sententiam vel agere contra possesso-  
rem rei judicatæ, vel si conveniatur per actionem rei judicatæ, com-  
petit exceptio metus, aut si agat pristinâ actione, exceptionem rei  
judicatæ replicatione metus elidere potest. Si tamen per talem  
sententiam condemnatus non sit læsus, putà quòd condemnatus  
per sententiam metu extortam ad solvendum quod revera debet,  
res judicata non est retractanda *l. fin. §. fin. ff. quod met. causa Vin-*  
*cent. Caroccus de Remediis contra sent. præjud. except. 45. & ex-*  
*cept. 131.* Ubi plura non inutilia circa sententiam metu extortam  
quan-



quando fit nulla, quando ipso jure valeat, sit verò rescindenda, & quando non sit rescindenda, congeffit.

XIX.

Deinde etiam nimorese & alii, qui nimorum jure gaudent, contra rem judicatam in integrum restitui possunt. *t. t. C. Si adversus rem jud.* Nec interest, an contra ipsum minorem, an contra ejus curatorem sententia minori damnum allatura sit concepta. *l. ult. C. si adv. rem Jud.* Si tamen contra sententiam ab ipso Principe aut suprema ejus Curia latam minor restitutionem petat, vix conceditur restitutio, nisi novæ adducantur allegationes *l. 18. §. 1. ff. de minor.* Perez. *ad tit. C. Si adv. rem jud.* Minorum jure ad impetrandam restitutionem contra rem judicatam etiam gaudent Ecclesiæ & pia loca *c. 1. 2. 3. 7. X. de restit. in integr.* Respublicæ similisque universitates, quoniam reguntur per alios, pluresque viduas pupillos & miserabiles personas continent. Dn. Struvius *in Syntagm. jur. Ex. 8. th. 61.* Mauritius de restit. in integr. *c. 417.* Et ita Icti Wittebergenses in causa paganorum quorundam responderunt. Daß die eingewandte Leuterung desert und erloschens jedoch Beflagten die gebetene restitutionem in integrum gebührlicher und förmlicher Weise zu suchen unbenommen Berlich *p. 2. Dec. 216.* etiam prodigis & furiosis certò modò per restitutionem in integrum contra rem judicatam posse succurri, tradit Vinc. Carocc. *de remed. contra sent. prejud. Ex. 49. n. 13. & seqq.*

XX.

Passim etiam receptum est, ut quivis virtute clausulæ generalis contra quamvis sententiam, quâ quis se læsum dicit, restitutionem petat. Hahn. *in Obs. ad Ves tit. Ex. quib. causis major n. 10.* Struv. *Ex 8. th. 80 Textor. tract. de remed. adversus sent. tit. 6. c. 4. n. 18* Et in genere decidit Gvido Papæ *Dec 368.* Sententiam, quæ in rem judicatam transit, æquitate svadente posse retractari. Verùm quin hujus remedii restitutionis promiscuè contra quamcunque rem judicatam usurpati magnus fuerit abusus, nemo negotiorum forensium peritus temerè negabit. Itaque huic remedio

C

restit-



restitutionis certus modus est præscriptus, primò ut intra legitimum tempus adhibeatur, quatenus enim restitutio tanquam remedium impugnationum sententiæ adhibetur, est instar appellationis. Scaccias *de Appell. quest. 19. remed. 19.* & propterea petenda est antequam sententia transierit in rem judicatam. Dn. Mévius *p. 2. D. 151.* Deinde ut ex novis & relevantibus causis petatur, quod scilicet læsus propter absentiam non potuerit omnia momenta ad causæ victoriam observare, vel ex invincibili quadam ignorantia quædam argumenta pro se intermiserit, aut impeditus sit necessariò quodam impedimentò, quo minus omnia deduxerit, vel quod adversarius dolosè iudicem circumvenerit. Vultei. *conf. Marp. conf. 34. n. 3. & seqq. vol. 4. ord. Cam. p. 3. tit. 52.* & communi decreto, quod *d. 7. Julii Anno 1669.* ex augustò Camera Imperialis iudicio prodiit. Et ita in supremi Tribunalis Regii Wismar. Ordin. *p. 3. tit. 6. §. 2.* constitutum. Wann gegen ein End oder auch bey Urthel so vim definitivæ hette die restitution in integrum gebeten / gebühret dem imploranten in sechs Wochen ordentlich / worin Er durch die abgesprachene Urthel lædieret / dann aus was für Recht und billigmäßigen Ursachen Er die restitution suche / imgleichen womit Er dieselbe zubescheinigen habe / zu articuliren &c.

XXI.

Porro etiã propter instrumenta noviter repertã certis casibus res iudicata retractari potest, potissimum si per rem iudicatam reus sit læsus, actor enim sibi imputare debet, quod ad fundandam suam intentionem non melius instructus accesserit & instrumenta in promptu habuerit, dum is deliberato animo ad iudicium accedit, reus autem incautus sæpè offenditur Trentacinq. *lib. 2. resolut. 1. de confessis n. 26.* Instrumenta hic dicuntur omnia illa, quæ causam instruunt, testes, instrumenta in specie sic dicta & confessiones adversarii *l. 1. ff. de fide instrum.* Noviter reperta dicuntur, quæ quis ante sententiam vel rem iudicatam ignoravit, vel quæ scivit quidem, propter inevitabile tamen impedimentum, habere non potuit Vincent. Carocc. *de remed.*



*remed. contra sent. Except. 49. n. 1.* Si igitur testes noviter reperi-  
ti, haberi autem non potuerint, & hi aliquid sciant, quod maxi-  
mè & principaliter conferat ad retractationem rei judicatæ, certis  
casibus potest retractari sententia Castrens. *l. nam & postea §. si*  
*minor de jure jur. Myns. Cent. 4. Obs. 60. n. 10. Berlich. p. 1. Dec.*  
*141.* Aut si victor post rem judicatam confessus sit, quod sen-  
tentia sit in justa & iniqua, tunc etiam per viam denunciationis  
Evangelicæ contra victorem procedi posse tradit Caroccus *de Re-*  
*med. contra sent. Except. 49. n. 41. & 44. & except. 74.*

XXII.

Casus ubi propter noviter reperta instrumenta res judicata  
retractatur, sunt (1.) Si litigans instrumenta sua producere impe-  
ditus ante sententiam protestatus sit de impedimento. Licet e-  
nim tunc succubuerit, tamen post producens sua instrumenta  
est audiendus Jason *ad L. Imperatores de Rejud. n. 7. Mynsing.*  
*cent 4. Obs. 60. n. 4.* (2.) Si heres defuncti post solutionem à de-  
functo factã denuò conventus & condemnatus sit ad solvendum,  
post autem apocham defuncto datam noviter invenerit, vel testes  
de novo repererit Berlich *p. 1. Dec. 40. & 42.* (3.) Si causa spe-  
ctet ad Ecclesiam, Rempubl. municipium, vel personam sub alte-  
rius tutela vel cura constitutam, quemadmodum hoc supra jam  
est ostensum *l. 35. ff. de rejud. Mynsing. cent. 4. Obs. 60. n. 7. Hahn.*  
*in Obs. ad VVes. de rejud. n. 8.* (4.) Si instrumenta dolo adver-  
sarii fuerint intercepta *l. 19. C. de transact.* (5.) Si ex instrumento  
appareat, quod jam antea alia sententia, quæ in rem judicatam  
transivit, huic posteriori sententiæ contraria fuerit lata *l. 1. C.*  
*quando provoc. non est necesse Pruckman. vol. 2. conf. 13. n. 20.*  
Denique si sententia lata sit interveniente juramento suppletorio,  
aut ex alia probatione Privilegiata Dn. Hahn *in Obs. ad VVes. de*  
*rejud. n. 8. Jason ad l. 35. ff. de rejud.* Quod etiam illæ sententiæ,  
quæ non transeunt in rem judicatam justa de causa retractari pos-  
sint, dubium non est. Quæ verò sint illæ, has recenset Brunnem.  
*de process. c. 27. n. 63. & seqq.*



*QUARTUS* Rei iudicatae effectus est, quod faciat jus inter litigantes, & pro veritate habeatur *l. 25. ff. de statu hom. l. 201. ff. de R. J.* & facit de nigro album, & de albo nigrum, facitque filium, qui filius non est, non quidem proprie & essentialiter, sed quoad effectum juris. *Conf. Argent. 88. n. 2. v. 1. & conf. 57. n. 31. vol. 2. Parlador lib. 2. rer. quotid. cap. fin. p. 1. §. 1.* Ex non debitore facit debitorem. *Richt. vol. 1. Conf. 45. n. 35.* Ex injusto facit justum, & ex falso verum. *Cothm. v. 3. R. 23. & R. 40. n. 78. vol. 2. R. 89. n. 53.* & imponit sententia parendi necessitatem, sive iuste sive iniuste sit pronunciata, modo rite & non contra leges & iura *Carpz. de process. tit. 16. art. 4. n. 4.* Magna enim differentia est inter sententiam quae contra leges & mores, ac illam, quae contra jus partis est pronunciata *l. 1 §. 2 ff. quae sent. sine appell.* Ubi *ICtus* *Macer* ita scribit, *Cum contra sacras constitutiones vel consuetudines arg. l. 32. ff. de LL. pr. J. de Off. jud. iudicatur, appellationis necessitas remittitur.* Nulla enim tunc est sententia, ut non opus sit appellatione, sed per querelam nullitatis ejus sententiae cassatio peti possit. *Rutger Ruland de Commissariis p. 3. lib. 9. cap. 17. n. 4. & 5. Mev. p. 5. D. 322* & licet partium consensus accesserit, tamen non conualescit *Pruckman v. 1. conf. 8. n. 304.* *Alexander lib. 1. conf. 123. n. 7. in med.* Pergit *ICtus* in *d. l. 1. contra constitutiones iudicatur, sum de jure constitutionis, non de jure litigatoris pronunciatur.* Nam si *judex* volenti se ex cura muneris vel tutela beneficio liberorum vel etatis aut privilegii excusare, dixerit, neque filios neque etatem aut ullum privilegium ad muneris vel tutela excusationem prodesse, de jure constituto pronunciasse intelligitur. Quod si de jure suo probantem admisserit, sed idcirco contra eum sententiam dixerit, quod negaverit eum de etate sua, aut de numero liberorum, probasse de jure litigatoris pronunciasse intelligitur. De tali igitur sententia, quae contra jus partis lata in rem iudicatam transit, intelligendum venit, quod dictum est, ita tamen, ut si ad factum simplex condemnatus non praecise factum praestare debeat, sed praestando interesse se liberare possit, *Carpz. de process. tit. 16. art. 4. n. 12. Brunnem. de proc. c. 27. n. 62.*



Propterea autem talis res iudicata pro veritate habetur, ut ex injusto faciat iustum inter litigatores, quoniam litigantes iudicio quasi contraxisse putantur, quod rem iudicatam pro veritate habere velint. *l. 3. §. 11. ff. de peculio* & dum victus contra sententiam nullò remediò suspensivò vel impugnavivò est usus, videtur passus eam in rem iudicatam transire. *l. fin. C. de sent. quæ sine certa quantitate l. 3. in fin. C. quomodo & quando iudex sent. prof. l. 7. C. de Appell.* Ernest. Cothman *v. 2. R. 57. n. 291.* Deinde propter prudentiam & probitatem iudicis pro sententia præsumitur, quod rectè & justè sit pronunciata. Mascard. *de probat. concl. 1296.* Alexander *conf. 25. vol. 6.* Cothman *v. 4. R. 5. n. 80.* Et publicè interest, de Magistratu honestam semper conservare opinionem, quod rectè & ordine iudicet, publicæque salus hoc exigit, ut tandem litigantes acquiescere & iudicis pronunciatum instar legis servare debeant. Ethinc Cicero in Orat. de lege Agraria dicit: *Rerum iudicatarum infirmationes civitatum afflictarum perditis jam rebus extremos exitiorum solere esse exitus.*

Sunt verò actiones, quæ re iudicatâ finem fortiuntur, vel præjudiciales, vel reales vel personales vel mixtæ, & sunt vel petitoria vel possessoria remedia, item ordinariæ vel extraordinariæ actiones similesque implorationes. Præjudiciales actiones illæ potissimum sunt, quæ ratione status & juris personarum competunt & exercentur. *§. 13. §. de Act. l. 9. C. de liberal. causa l. 3. pr. l. 32. pr. ff. eod.* Si igitur quæstio fuerit agitata an quis sit libertus an ingenuus, sententia pro ingenuitate lata facit jus, ut pro ingenuo debeat haberi. *l. 25. ff. de stat. hom.* & tantus est favor libertatis, ut causa semel approbata sive vera sive falsa sit, non retractetur. *§. 6. J. quib. ex caus. manum. non licet.* Similiter si filius legitimus sit pronunciatus propter auctoritatem rei iudicatæ pro tali habendus est, etiamsi talis non sit. *c. per venerabilem 13. X. qui filii sint legitimi gl. in. c. cum inhibitio X. de clandestin. desponsat.* Conf. Arg. *57. n. 31. v. 2.* Et si inter duos vel plures quæstio fuerit



de Nobilitate, is, qui nobilis declaratus est, pro nobili habetur. Joseph. de Sesse p. 1. Dec. 13 n. 5, & idem ferè iudicium sumendum de reliquis controversiis ratione status agitis, quod res iudicata in his pro veritate sit habenda, quamvis verò actio, an quis sit maritus an non, an sit uxor vel non, sit præjudicialis, favore tamen individuae societatis conjugalis constitutum, ut sententia contra matrimonium lata non faciat jus, pro matrimonio verò lata pro veritate sit habenda Gail. 1. Obs. 112. & 105. n. 5. & 6. Dd. ad c. Lic. 107. & c. consanguinei II. X. de re iud.

XXVI.

Reales actiones variae sunt, quae vel ex jure hereditatio vel causa domini, vel servitutis vel pignoris descendunt. Qui in actione hereditaria victricem obtinuit sententiam, ut per sententiam declaratus sit heres contra adversarium post rem iudicatum, pro herede habetur, siue heres fuerit siue non l. 36. ff. fam. Eresc. Si inter duos vel plures ratione dominiis oriatur & fortè contra possessorem rei vindicatio instituat, interest, an pro actore an reo pronuncietur, si pro actore pronunciatum sit, sola sententia dominum efficere non potest; nam iudicia contractibus assimilantur l. 3. §. 11. ff. de pecul. Florez de Mena pract. quæstion. c. 5. n. 46. Petr. Faber 1. semestr. c. 12. per contractum verò & ex solo titulo nemo efficitur dominus l. 20. C. de pactis. Umnius disp. de process. 19. th. 11. n. 53. Igitur ut per rem iudicatum actor contra reum efficiatur dominus, necesse est, ut accedat rei traditio. Hinc in casu legis §. 7. ff. de evict. emptor à vero domino conventus & victus non habet actionem de præstanda evictione, si fortè victor ante rem victori traditam decesserit, & victor neminem successorem, qui avocare possit, reliquerit. Si enim per sententiam statim transfisset dominium in victorem, omnino dicendum esset, rem evictam & actionem de evictione emptori victo præstandam esse. Facit huc quod Pichardus manud. ad praxin. p. 2. in prælud. §. 4. n. 18. colligere voluit ex cap. 4. de concess. præbend. & Eccl. non vac. dum statuit ad concessionem præbendæ non esse sufficientem sententiam, sed investituram simul esse necessariam.

XXVII. Sed



## XXVII.

Sed hic dubium videtur, quomodo ad constituendum victorem dominum requiratur dominium, quoniam in rei vindicatione is demum vincit, qui dominium probavit. *l. 27. pr. ff. de R. V. l. 9. C. eod.* (Nec obstat. *l. 1. C. de alien. jud. mut. causa*, Resp. enim quod possessio hic dicatur parere actionem in rem, non quod sufficiat actorem probare possessionem adversarii, sed quod rei vindicatio non competat, nisi alius sit, qui rem possideat.) quod verò quis jam habet, amplius acquirere non potest *arg. l. 4. §. 19. ff. de usu cap.* sed Resp. aut victor revera fuit dominus, aut non fuit dominus, si fuit dominus, res iudicata non facit de novo dominum, sed dominium hactenus obscuratum declarat. *l. 35. §. 1. ff. de R. V. arg. l. 8. §. 4. ff. si serv. vind. & præstat*, ut jam absque contradictione à victo pro domino debeat haberi, cum enim iudicatur, rem actoris esse, simul iudicatur eam non esse rei. *l. 40. §. 2. inf. ff. de procur.* Si autem dominus non fuit, iudex tamen ipsum pro domino habuit, modo non per falsa instrumenta deceptus sit, res iudicata & subsequuta traditio hoc operatur, ut contra reum pro domino debeat haberi, omnesque domini effectus contra victum consequitur, nihil enim interest, quo genere quis factus sit dominus. *l. 29. §. 1. ff. de statu libi Fachin. lib. 1. controv. c. 62.* Si tamen victus non fuerit dominus, hæc quidem res iudicata non facit, ut victor contra tertium verum dominum censeatur dominium acquisivisse, interim tamen, si res ex causa iudicati tradita sit, habetur victor pro bonæ fidei possessore, ut rem usucapere possit. *l. 13. §. 9. ff. de acquir. poss. l. 17. ff. de Usucap. l. 74. ff. de contrab. empt.*

## XXVIII.

Si pro reo pronunciatum sit, quod actor dominium non probaverit, præsumptio est pro reo, quod sit dominus, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præf. 63. n. 66.* Et licet actor verè fuerit dominus, manet quidem dominus sed absque effectu, si enim contra rem iudicatam rem de novo vindicare velit, obstat ipsi ejusque successori exceptio rei iudicatæ. *l. 28. ff. de except. rei jud.* Cujacius *in Papin. lib. 27. quæst. 27. ad l. 28. ff. de Except. rei jud.* Distin-

guen-



guendum tamen porro est, an aliquis ex causa remota an verò ex  
propinqua rem vindicaverit, & in vindicatione succubuerit. Si  
vindicaverit addita in libello causa acquisiti domini, succumbens  
eamdem rem ex alia causa petere potest. Si verò in genere ex  
causa domini adeoque ex causa proxima vindicationis rem petie-  
rit, censetur omne jus suum in iudicium deduxisse, ideoque suc-  
cumbens denuo rem vindicare non valet. Obrecht *de libello* c.  
11. n. 68. Sed opponi posset, quod revera dominium in possessio-  
nem per brevem manum sit translatum, quoniam litis contestati-  
one quasi contrahitur, & res iudicata justum præbet titulum,  
quando autem res ex alia quadam causa est possessa, & inter domi-  
num & possessorem novus intervenit titulus, dominium possessori  
quæsitum videtur l. 9 §. 5. ff. de acquir. rer. dom. §. interdum 42.  
J. de Rer. div. Sed respondetur, quod hoc casu vindicantis in-  
tentio non sit, ut à se transferat dominium, sed ut ab alio rem  
possessam recuperet, & ut lis decidatur, ideo dominium ab acto-  
re translatum dici non potest Anthon. Pichard *in manud. ad  
praxin* p. 2. prælud. §. 4. n. 25.

#### XXIX.

Si servitus aut alia res incorporalis actione confessoria dire-  
cta vel utili petita & adjudicata sit, adjudicatio hæc non constituit  
servitutum, sed quæ est, declarat, ut loquitur Ictus in l. 8. §. 4. ff.  
si serv. vind. Nam res iudicata pro veritate est habenda, & ideo  
servitus, quam res iudicata vel per actum inter vivos vel ultimæ  
voluntatis constitutam aut aliò modò quæsitam præsupposuit, li-  
cèt non sit ita quæsitam, propter rei iudicatæ autoritatem pro quæ-  
sitam habetur, & ita verba legis *servitutum quæ est* sunt intelligen-  
da, sive servitus revera sit, sive iudex eam adesse putet & ita ad-  
judicet. In iudiciis tamen duplicibus, ubi de re communi divi-  
denda agitur, interdum necessitas jubet, ut alteri dominium, al-  
teri ususfructus aut alia servitus adjudicetur, & tali casu servitus,  
quæ ante non fuit quamque iudex pro existente habuit, per sen-  
tentiam iudicis constitui potest arg. l. 22. §. 3. ff. fam. Ereisc. l.  
7. §. 1. l. 18. ff. comm. div. Manzius *de servitut. tit. 1. quæst. 6.*  
n. 35.



37. Similiter in aliis juribus, quæ per utilem actionem confessoriam vindicantur adjudicationem jus hoc in victorem transferre tradit *ex c. significarunt. 21. X. de jud.* Pichardus *d. l. §. 15.*

XXX.

In actionibus personalibus res judicata regulariter hoc operatur ut ex non debitore faciat debitorem, nec victor post rem judicatam probare opus habeat, quòd à victo quid debeatur, sed sufficiat ostendere, quòd judicatum sit. Etsi ex causa judicati victus quid solverit, tanquam indebitè solutum condicere non poterit, licèt probare velit, quòd si judicatum abfuisset, non debuisset. *l. 1. C. de condict. indeb. l. 29. §. 5. ff. mand. l. 65. §. 2. ff. ad SCtum Treb. l. 36 ff. fam. Erisc.* Similiter absolutum ab actione ex debitore facit non debitorem quoad effectus civiles *l. 60. pr. ff. de condict. indeb.* Si tamen ante sententiam solverit verus debitor, licèt postea absolutus sit, antea solutum tanquam indebitum repetere non poterit. *Brunnem. d. l. 60. & allegati ab ipso Dd.* Hoc enim casu res judicata non potest attendi, quoniam ante sententiam per solutionem lis fuit sublata, adeoque res judicata de causa non amplius controversa est supervacanea & nulla.

XXXI.

An verò res judicata in actione personali tribuat dominium, non una omnium est sententia. Communiter statuunt: in Obligationibus dandi adjudicationem ipso jure dominium transferre. Verùm ne sic quidem dominium transferri manifestum est. *Ummius de process. disp. 19. th. 11. n. 55. in fine.* agitur enim contra rem, ut præstet quod debet, & si victus sit, non competit rei vindicatio (quæ omninò danda esset, si dominium translatum fuisset) sed potius actio ex re judicata. Si tamen traditio accesserit, dominium vel ad minimum usucapiendi conditio transfertur *l. 10. ff. de nox. act. ibi ex una noxia dominium nactus l. 75. §. fin. de V.O.*

XXXII.

Sed quaritur, an missus ex primo decreto postmodum ex  
D senten-



sententia decreti statim ipso jure consequatur dominium? Et  
verior est sententia, quod etiam hoc casu opus sit, ut ex secundo  
decreto vel vera vel quasi traditio accedat, si dominium in victo-  
rem sit transferendum. Pichard. *d. l.* Boerius *decis.* 227. Nam  
missio ex primo decreto nec possessionem nec dominium in mis-  
sum transfert, sed tantum tribuit custodiam *l. 10. §. 1. ff. de acquir.*  
*poss.* & fit hac missio eum in finem nicht/ daß Er die Güter besitzet/  
viel weniger vereusere/ oder zu seinen Nutzgebrauche / sondern die-  
selbe allein mit dem Schuldner als ein getreuer Vorsteher bewahren  
und behalten solle. Hahn *in Obs. ad VVes. de damno infecto. verb.*  
*rem detinet.* In secundo verò decreto accedere debet exmissio  
prioris possessoris & immissio secundum decretum obtinentis, &  
in specie jubendus est victor domini jure possidere *l. 19. §. 33. ff.*  
*de damn. infecto* Brunnem. *ad l. 15. ff. de damno infecto.* Das Klä-  
ger auff die Güter/ in welche Er hibevor aus erster Erkänntiß gesetzet  
worden zu Bezahlung oder Vergnügung seiner gehaltenen Forderung  
durch das ander decret wie sich gebühret/ gesetzet seyn solle. Et ita  
ex secundo decreto missus consequitur dominium vel usucapiendi  
conditionem Hahn. *ad VVes. d. l.*

XXXIII.

In judiciis mixtis seu duplicibus familiae exerciscundae, com-  
muni dividundo adjudicatio facta statim transfert dominium. Ita  
Ulpianus *in fragm. tit. 19. §. 16.* *Adjudicatione dominica nanciscimur per formulam, id est, actionem familiae exerciscundae, quae lo-*  
*cum habet inter coheredes: & per formulam communi dividundo,*  
*cui locus est inter socios, & per formulam finium regundorum, quae*  
*est inter vicinos.* Nam si iudex uni ex heredibus aut sociis aut vi-  
cinis rem aliquam ad cuius iudicaverit, statim illi acquiritur. Facit hoc  
*l. 11. ff. §. 2. in fin. de jurisd.* & de tali adjudicatione in his judi-  
ciis, non verò de omni adjudicatione in quacunque causa facta in-  
telligi debet *§. fin. §. de off. jud.* In hisce enim judiciis non nega-  
tur dominus aut coheres esse, sed tantum hoc agitur, ut quilibet  
suam partem pro indiviso habeat, licet ex accidenti interdum con-  
tingere possit, ut tota res adjudicetur *l. 11. §. 2. ff. de jurisd.* Hinc

Cujac.



Cujac, ad Ulp. tit. 19. §. 16 simpliciter affirmat, nullum alium casum esse, ubi adjudicatio ipso jure tribuat dominium præter casum judiciorum duplicium vel divisoriorum. Alciatus ad l. traditionibus verb. transferuntur. C. de pactis. Et licet quis non fuerit coheres aut condominus, tamen si ipsi ut condomino aut coheredi res adjudicata fuerit, propter auctoritatem rei judicatæ eam partem alter, licet verus & solus dominus fuerit, vindicare aut condicere non poterit. l. 36. ff. fam. ercise. Et si fortè neuter sit dominus rei, de qua judicio communi dividendo actum est, is cui res adjudicata est usucapiendi conditionem nactus censetur l. 17. ff. de usurp. & usucap. ex sententia enim erronea & iniqua justus titulus & usucapiendi conditio potest oriri Klock. vol. 1. conf. 2. n. 46.

XXXIV.

Extraordinaria remedia varia in nostro jure & foro occurrunt, frequentes enim sunt implorationes & supplicationes pro obtinendis mandatis cum vel sine clausula. In his causis nulla solennis litis contestatio intercedit, nec ita ut in causis ordinariis sententiâ dirimendis causæ cognitio & plena rei discussio præcedere solet. Nam si sit mandatum cum clausula, effectus ejus per comparitionem rei tantisper suspenditur, & reus statim tenetur in primo termino exhibere causas, cur mandato parere non teneatur. Schvvaneman. Proceß. Cam. lib. 2. c. 15. §. 3. In mandatis verò sine clausula summarie proceditur & reus primo termino paritionem docere tenetur, nisi fortè per exceptionem sub & obreptionis mandati iniquitatem ostenderit, id enim si non fecerit, repetuntur ab impetrante narrata mandati, & petuntur declaratio pœnæ atque arctiores processus. Schvvanem. de Proceß. cam. lib. 2. c. 16. Non igitur hic ut in reliquis causis civilibus judicio quasi contrahitur, nec ex ipso mandato citra causæ cognitionem emissio aliquod jus inter partes nascitur l. 1. §. t. t. C. comminationes, epistolas, programmata & c. Mev. p. 7. Dec. 292. n. 1. Klock. conf. 27. n. 34. v. 1. Si tamen is, cui mandatum quid est, suas exceptiones exposuerit & ita a judice causa cognitâ mandatum emanaverit arg. l. 7. §. 7. ff. de admin. tut. experientia docet, ejusmodi mandata ejusdem



dem esse roboris, cuius est res iudicata, uti hæc latius in singulis  
causis civilibus (nam de his, non autem criminalibus, potissimum  
hic agimus) posset ostendi & virtus rei iudicatæ demonstrari, si  
temporis & instituti ratio hoc permetteret.

XXXV.

Ut ut verò res iudicata dicto modo jus faciat, non tamen  
trahi debet ad consequentias, sed strictè est interpretanda, ut regu-  
lariter nec personam nec causam egrediatur. Etenim de jure Ro-  
mano regulariter nemo alteri contrahendo acquirere nec alterum  
obligare potest *Vinnius de pactis c. 15.* Nec iudex legislatoriam  
habet potestatem, ut sententiam ferendo legem præscribere possit.  
Quemadmodum igitur in contractibus verba strictè intelliguntur,  
& eorum proprietates maximè observanda, ita etiam in sententia  
verba, ut litera sonat, strictè sunt intelligenda. *Alexand. lib. 1. conf. 46. n. 5.* Nec sententia inducit plus, quàm continetur in ea, aut  
ex necessitate infertur. *Alexander lib. 5. conf. 108. n. 2. & lib. 7. conf. 49. n. 1. Cephala. lib. 4. conf. 458. n. 84. conf. Arg. 88. n. 12. vol. 1.*  
Hinc inferunt nonnulli Dd, quòd si iudex pronunciaverit malè ap-  
pellatum, & non dixerit benè iudicatum, non censeatur primam  
sententiam confirmasse.

XXXVI.

Ea propter res iudicata illis solum, inter quos lata, commo-  
do & incommodo est, nec regulariter tertio prodest vel nocet *c. 13. X. de sent. & re iud. t. 2. C. res inter alios act. vel iud. al. non noc. l. 2. C. quib. res iud. non noc.* Sive enim actor obtinuerit sive reus absolutus sit, regulariter hoc non prodest alteri ad actionem vel ad exceptionem. *Scacc. de sent. & re iud. gloss. 14. quest. 12. n. 52.* Si tamen notoriè idem aut firmiter jus, quod actor habuit aut præ-  
tendit, est in tertio, sententia lata pro agente etiam tertio prodest. Sic. v. g. si querelam inofficiosi is, cui hæc de jure non competit, in-  
stituerit, & testamentum pronunciatum sit inofficiosum, non pro-  
dest hæc sententia illi, qui nullo jure hanc querelam movit; sed illi prodest qui non egit, agere autem potuit. *l. 6. §. 1. ff. de inoff. te-  
stam.* hoc enim casu testamentum tanquam inofficiosum est re-  
scis-



scissum, & defunctus intestatus decessisse videtur, ut in eo scriptus  
heres per querelam institutam & iudicis sententiam victus jus suc-  
cedendi amiserit, victor autem contra verum & proximum here-  
dem defuncti ab intestato nullum jus nactus sit, uti hanc legem in-  
terpretantem audivi Excellentissimum *Dn. Böttcherum*. Hinc  
Brunnem. *ad d. l. 6<sup>o</sup>* infert, quod si per querelam testamentum  
sit eversum, simul ad successionem vocentur, qui cum victore ab  
intestato erant successuri, licet per se querelam non habuissent.  
Hoc tamen eò casu verum putamus, quando principaliter de vali-  
ditate testamenti actum & tota institutio per querelam est everfa, si  
enim v. g. duo fratres à patre exheredati sint, & scriptus heres ab  
uno victus sit, quòd fortè contra hunc causam exheredationis pro-  
bare non potuerit, non statim hoc prodest alteri exheredato, con-  
tra quem fortè scriptus heres causam probare possit. Non enim  
tunc censetur hic idem jus cum fratre suo habere, dum hic justè, al-  
ter verò contra pietatem est exheredatus. Aliud exemplum est in  
pluribus creditoribus, quibus opponi possit exceptio excussionis,  
si ex his unus egerit contra debitorem, & pronunciatum sit debi-  
torem non esse solvendo, reliquis creditoribus hoc prodest, ut his  
contra fidejussorem vel hypothecæ possessorem agentibus exceptio  
excussionis opponi non possit. *Scacc. d. l. n. 60*. Hujus rei etiam  
exemplum est in causis statûs, item in causa nobilitatis vel ignobili-  
tatis. *Tiraquell. tract. res inter alios acta. limit. 18.* & unius ex appel-  
latoribus victoria prodest aliis. *Innocent. ad c. quamvis X. de sent.  
& re jud. n. 2.* & pluribus ampliationibus & limitationibus, quan-  
do res iudicata aliis prodesse possit, persequitur *Scacc. de sent. & re  
jud. gl. §. 14 q. 12. per tot. & 103. & se 79.*

XXXVII.

Quemadmodum verò res iudicata alteri non prodest, ita  
multò minus tertio, qui à litigante causam non habet, nec litigan-  
tem impedire potest, quominus iudicio experiatur, nocere potest,  
ad impediendam ipsius actionem vel exceptionem, nec enim ali-  
quis citra factum suum alterius facto est prægravandus, & eum qui  
culpâ caret, in damnum vocare non convenit. Igitur si rei vindi-

D 3

catio



cationem instituens rem à possessore avocaverit, aut si succubue-  
rit, vero rei domino hoc præjudicium facere non potest, quo mi-  
nus is suo jure rem istam vindicare possit. *l. 63. ff. de re jud.* Simi-  
liter si creditor hypothecaria agens succubuerit, quòd debitoris  
dominium probare non potuerit, non præjudicat debitori, quo  
minus ille dominium suum probare, eamque rem vindicare possit,  
non enim debitor impedire potuit, quo minus creditor hypothe-  
cam persequeretur; neque debitor causam suam habuit à creditore.  
Ita si contra coheredem vel actorem vel reum pronunciatum sit,  
alteri coheredi pro sua parte agenti vel excipienti non nocet hæc  
res judicata; insignem tamen præsumptionem pro victore produ-  
cit *l. 5. ff. de appellat.* plures casus, quibus res judicata non nocet  
alteri, congesti sunt in *Coll. jur. Arg. tit. de re jud. th. 73.* Marta.  
Neapol. *Digest. noviss. tom. 1. tit. de sent. defin. Scacc. de sent. &*  
*re jud. gloss. 14. q. 12.* Duaren. *ad tit. de re jud. prælect. 42. & 43.*  
Andr. Tiraquell. *d. tract. res inter alios acta.*

XXXVIII.

Ab hac tamen regula, quòd res judicata tertio non noceat,  
variæ proferuntur exceptiones. Brunnem. *ad l. 25. ff. de stat. hom.*  
quinque causarum genera recenset, ubi sententia etiam tertio præ-  
judicat. *PRIMA* est popularis actio *l. 3. §. pen. ff. de lib. hom.*  
*exhib.* Dum enim in popularibus actionibus cuius ex populo  
competit actio, agens videtur universum populum repræsentare.  
*Coll. Jur. Arg. de re jud. th. 74. n. 7.* Quotiescunque enim actio  
pluribus in solidum competit, sententia contra unum, qui jus agen-  
di præoccupavit & in iudicium deduxit, lata, reliquis præjudicat,  
modò agens bonâ fide & citra collusionem actionem persecutus  
sit. *Scacc. de sent. & re jud. gloss. 14. q. 12. n. 102.* Ubi in sequenti-  
bus hanc regulam etiam ad correos credendi, ad collegatarios re-  
conjunctos, similesque personas extendit, quæ omnia hic latius  
persequi nec libet nec licet.

XXXIX.

*Altera* causa à Brunnemanno allata est accusatio, si enim  
reus publici criminis accusatus semel absolutus sit, non permitti-  
tur



et alii reum super eodem crimine accusare *l. 7. §. 2. ff. de accusat.*  
Cujus ratio ferè eadem est, quòd in publicis criminibus regulari-  
ter cuivis ex populo competat persecutio, adeoque unus agens o-  
mnium nomine ad publicum interesse egisse videatur. *Coll. Jur.*  
*Arg. de sent. & rejud. §. 74. n. 8.* Præterea favor innocentiae fa-  
cit, ut absolutus à crimine quoad omnes absolutus censeatur, nec  
tamen ab instantia, sed ab ipso crimine sit absolutus, quemadmo-  
dum hoc ipsum egregiè demonstrat & contraria refellit Anthon.  
Matth. *de crimin. tit. de quest. n. 19.* Si tamen novus accusator  
suum dolorem in specie persequatur, doceatque ignorasse accusa-  
tionem ab alio institutam, vel se fuisse impeditum, quo minus in  
tempore ageret, aut nisi doceat, prævaricatione prioris accusato-  
ris reum absolutum esse *d. l. 7. §. 2. ff. de accus. & ibi Brunnem.*  
*Innocent. ad. c. quamvis 25. X. de sent. & re jud. n. 2.*

XI.

*TERTIA* causa est sententia contra testamentum lata *l. 8.*  
*§. pen. ff. de inoff. test.* Nocet enim hæc sententia legatariis & fi-  
deicommissariis, quoniam legata à testamento dependent, ever-  
sò igitur principali tollitur etiam accessorium *l. 178. ff. de R. J.* Ho-  
die tamen post *Nov. 115.* non statim quævis sententia contra te-  
stamentum lata nocet legatariis, nam juxta communem *Dd.* o-  
pinionem legata non corruunt, si testamentum solummodo ex  
hoc capite, quòd heredi, cui legitima debetur, per extranei here-  
dis institutionem facta sit injuria, eversum sit. Si verò ex alia cau-  
sa sit impugnatum, quòd testator non habuerit facultatem testan-  
di, quòd voluntatem non perfectè declaraverit, quòd testes non  
fuerint habiles, aut alius defectus solennitatum adfuerit, senten-  
tia contra testamentum lata omnibus in testamento scriptis nocet.  
*d. l. 8.* Si verò sententia non principaliter spectet ad ipsum testa-  
mentum evertendum, sed solum pertineat ad particulam ejus, nec  
heredi nec legatario, qui non fuit in lite, nocet *l. 1. ff. de except.*  
*rei jud. quando enim sententia est lata contra eum, cuius interesse est*  
*secundarium, non potest nocere illi, cuius interesse est principale sunt*  
*verba Scacciae de sent. & re jud. gloss. 14. q. 12. n. 14.*

XLI QUAR



XLI.

**QUARTA** Causa Brunnemanno est, cum quis pronun-  
ciatus est alicujus filius per *l. 1. §. ult. l. 2. & l. 7. ff. de agnosc. & a-  
lend. lib.* Distinguendum tamen hic esse putat Scaccias *de com-  
mercis §. 7. gl. 5. n. 138.* an causa filiationis sit agitata contra le-  
gitimum contradictorem, id est illum, cujus principaliter interest,  
& à quo alii consecutivum jus habent, qualis hîc est pater: an ve-  
rò causa acta sit cum alio, qui non tale jus principale habet: *priori  
casu* sententia pro filio lata etiam omnibus nocet, ut omnes hunc  
pro hujus vel illius filio agnoscere debeant, sive sit filius sive non,  
tunc enim res judicata ex non filio facit filium *l. 1. §. fin. l. 2. & 3.  
ff. de agnosc. & alend. lib.* *Posteriori casu*, si nimirum res cum ali-  
quo ex linea transversa agitata fuerit, sententia pro filio lata reliquis  
agnatis non facit præjudicium. Scacc. *de sent. & rejud. gl. 14. q. 12.  
n. 32.* Covarruv. *pract. quest. cap. 13. §. 5.*

XLII.

**QUINTA** causa est ingenuitatis & status *l. 25. ff. de stat.  
hom.* Si enim cum legitimo contradictore lis fuerit tractata, an  
aliquis sit liber an servus, an libertus an ingenuus? Carpz. *p. 3.  
Dec. 254.* Et si duo aliquem in servitutem pro parte dimidia se-  
paratim petant, & unò judicio liber, alterò servus judicatus est, fa-  
vore libertatis commodius est, liberum quidem eum esse, compelli  
autem pretii sui partem viri boni arbitrato victori suo præstare  
*l. 30. ff. de liber. causa.* Si verò non fuerit legitimus contradictor,  
cum quo controversia agitata, res judicata aliis non nocet. Covar-  
rux. *pract. quest. c. 13. §. 5.* Scaccias *de commercis §. 7. gl. 7. n.  
139.*

XLIII.

Sed præter has quinçq; causas etiam aliæ recensentur à Tiraquello  
in *d. tract.* quæ tamen pleræq; vel ad dictas causas, vel ad earû ratio-  
nes referri possunt. Hoc verò in genere observandum, quòd res judi-  
cata noceat his, qui ex eodem jure, quo alter victus est, agunt,  
Klock. *Vot. Cam. R. 79. n. 73.* aut qui intercedere potuissent, ne al-  
ter ageret, vel suò jure uteretur *l. 63. in fin. ff. h. t.* Igitur res ju-  
dicata



cata non tantum victo sed omnibus ejus successoribus tam univer-  
salibus quam singularibus nocet, successor enim quoad id, in  
quod successit, pro eadem persona cum suo autore habetur Zan-  
ger. *de Except. p. 3. C. 17. §. 60.* Et licet successor non habeat  
causam ab ipso victo, tamen si quoad hoc negotium pro eadem  
persona cum ipso victo habeatur, aut si causa sit tertii ut perinde  
sit, ac si contra ipsum lata sit sententia, ipsi omnino nocebit res ju-  
dicata. Hinc sententia contra tutorem lata nocet pupillo Zan-  
ger *d. l. lata contra Episcopum nocet successori Scacc. de sent. &  
re jud. gl. 14. q. 12. n. 95. & seqq.* modo sententia non sit lata pro-  
pter collusionem aut contumaciam decessoris Faber *lib. 7. Cod.  
tit. 22 def. 11.* praeterea si is, cui primum actio vel defensio com-  
petit, passus sit sequentem agere, illi res judicata nocebit, impedi-  
re enim potuisset & debuisset, ne alter solus iudicio experiretur, sic  
si creditor patiatu debitorem de proprietate pignoris litigare,  
sententia contra debitorem, modo is citra collusionem & contu-  
maciam bona fide egerit, lata nocet creditori *l. 63. ff. de re jud. l.  
4. §. 4. ff. de Appell.* Si maritus patiatu socerum de proprietate  
rei in dotem datae, aut emptor patiatu venditorem, usufructuari-  
us permittat proprietarium agere nocet sententia illi patienti.  
*Coll. Jur. Arg. de re jud. th. 47. Zanger. de except. p. 3. c. 17. &  
Dd. comm.*

#### XLIV.

Quemadmodum vero sententia regulariter non extenditur  
a persona ad personam, ita nec a causa ad causam est extendenda  
Vultejus. *cons. Marp. 22. n. 11. vol. 3.* Itaque si in una specie lata  
sit sententia, non producit effectum quoad genus v. g. si senten-  
tia super possessione aucupii sit lata, non parit praedictum vena-  
tionis in genere. Klock. *vol. Cam. R. 39. n. 7.* & sententia lata  
super quibusdam regalibus non pertinet ad omnia regalia in gene-  
re. Klock. *vol. 1. cons. 29. n. 632.* porro sententia lata in possesso-  
rio non nocet iudicio petitorio, nisi forte quaestio in posses-  
sorio agitata simul principaliter causam proprietatis habuerit ad-  
mixtam. Klock. *v. 1. cons. 10. n. 121.* & quos allegat Cavalcan *p. 1.*

E

Dec.



*De 13. n. 11.* Et licet incidenter aliquid in iudicium sit deduc-  
tum, non tamen simul cum causa principali sit decisum, sententia  
non omnino præjudicat huic causæ incidenti, quominus ex ea li-  
cet de novo principaliter agere, id quod exemplo illustrat Zanger  
*de Except. p. 3. c. 17. §. 96.* & viceversa si punctus incidens per sen-  
tentiam sit decisus, non fit præjudicium causæ principali. Klock.  
*v. 1. conf. 27. n. 32. & 33.* Et quoniam aliud est reum *absolvere*  
*ab instantia* sive observatione iudicii, aliud verò *ab actione*, sen-  
tentia absolutoria ab instantia non præjudicat actioni, nec facul-  
tatem de novo agendi præcludit. Omni enim jure licitum recti-  
us agere, & causam de novo in iudicium deducere, modo absolu-  
to ab instantia refundantur impensæ instantiæ prioris. Pruckman.  
*vol. 1. Conf. 10. n. 140. & 141. Mev. p. 7. Dec. 258. Klock. v. 1.*  
*Conf. 10. n. 103. & conf. 21. n. 146.*

XLIV.

*QUINTUS* rei judicatæ effectus est, quòd producat actio-  
nem, dum enim res judicata jus facit inter partes, & est instar no-  
vationis, jam tum ex dispositione LL. tabularum actionem produ-  
xit. Andreas Valens. *ad jus Can. tit. de sent. & re jud. §. 3. Coll.*  
*Jur. Arg. de re jud. & effect. sent. §. 77.* Et hæc actio passim in  
nostro jure vocatur actio, item persecutio judicati, *l. 4. pr. ff.*  
*de re jud. l. 15. in f. ff. Siquis cautionibus l. 28. l. 31. pr. ff. de*  
*procur. l. 6. §. fin. ff. quod cuiusq. universi nom. l. 7. ff. fam. Erisc.*  
*l. 5. l. 7. ff. quando ex facto tutor. Nec obst. l. 8. C. de Reb.*  
*cred.* quamvis enim actio ex jure iurando sit actio in factum, & ad  
similitudinem actionis judicati sit introducta, non tamen inde  
sequitur, quòd ipsa actio judicati sit actio in factum. Graviter  
tamen huic actioni in factum obstare videtur, quòd nihil novi vi-  
deatur victori tribuere, sed potius efficere, ut contra juris ratio-  
nem lis ex lite oriatur. Verùm Resp. I. quod ad evitandos tumultus  
constitutum sit, ut nemo propriam autoritate rem sibi debitam ab in-  
vito possessore auferat. *l. 13. l. fin. §. fin. ff. quod met. causa l. 176.*  
*ff. de R. 7.* II quòd in actione judicati non amplius probetur, an  
quid debeatur, sed quòd judicatum sit. *l. 56. ff. de re jud.* Neque  
verò prolixam quadam probatione est opus, dum ipsa sententia &  
res:



res iudicata notorium inducit. Cavalcan. p. 1. Dec. 10. n. 14. III.  
est hæc actio perpetua, & in heredē transitoria l. 6. §. fin ff. de re iud.

XLVI.

Competit hæc actio I. actori, qui nomine propriō egit &  
obtinuit, aut si non ipse sed per procuratorem egerit, utilis datur  
actio. Brunnem. ad l. 28. ff. de procur. II. qui alienō quidem jure, in  
suam tamen utilitatem egit & victor recessit l. 6. in fin. quod cuiusq;  
univ. nom. arg. l. 28. ff. de procur. III. Procuratori, qui judicia-  
lem stipulationem de iudicato solvendo interposuit. Pichard.  
manud. ad praxin. pralud. §. 5. n. 41. IV. Universitati, cuius  
Syndicus vicit. l. 6. §. fin. quod cuiusq; Univ. nom. V. Competit  
pupillo vel minori, cuius tutor vel curator vel actor victoriam  
causæ obtinuit. l. 2. pr. ff. de adm. tut. l. 6. ff. quando ex facto tutoris.  
VI. Competit heredi victoris &c. Instituitur hæc actio I. con-  
tra illum, qui suō nomine in iudicio condemnatus est. 2. contra pro-  
curatorem in rem suam l. 4. pr. ff. de re iud. 3. contra procurato-  
rem, qui liti se obtulit, aut judicialem stipulationem interposuit.  
d. l. 4. & l. 28. ff. de procur. 4. contra principalem cuius verus  
vel postmodum per rati habitionem confirmatus procurator con-  
demnatus est, item contra universitatem. Oldendorp. Claf. 1. art.  
12. n. 4. 5. Contra pupillum vel adolescentem, cuius tutor vel  
curator est victus. l. 7. ff. quando ex facto tut. 6. datur contra he-  
redem. Petitur hæc actione, ut præstetur id, ad quod reus est con-  
demnatus, uti hoc latius persequitur Oldendorp. Cl. 1. Act. 12.  
Arnold. ab Haresold. de actione iudicati p. 529. Henn. Hammel.  
de Act. c. 28.

XLVII.

*SEXTUS* effectus est exceptio rei iudicatæ, quâ absolutus  
illum qui litem re iudicata sopitam resuscitare conatur, statim a  
limine iudicii repellere potest. l. 6. ff. de Except. rei iud. §. 5. J. de  
Except. est enim hæc exceptio litis finitæ. Hahn. ad Ves. de except.  
rei iud. Quæ tamen exceptio, ut locum habeat, requiritur identitas  
causæ, idenditas rei petitæ & idenditas personarum. l. 12. 13. 14. ff. de  
Except. rei iud. Zanger. de Except. p. 3. c. 17. Res verò dicitur hic omne,

E 2

quod



quod in iudicium deductum, & de quo inter litigantes coram iudice est actum, sive sit res corporalis sive incorporalis, sive mobilis sive immobilis, sive res in specie sic dicta, sive factum, etiam ipse status & jus personarum. Brunnem. ad l. 12. ff. de Except. rei jud. Est verò eadem res, quando vel pro parte vel in totum de novo in iudicium deducitur id, de quo jam antea est actum. l. 7. ff. b. Non enim necesse est, ut res quoad quantitatem & omnes omnino qualitates sit eadem. l. 14. ff. de except. rei jud. qui cum partem vel accessorium rei antea in iudicium deductæ denuò petit, idem petere videtur. Hilliger ad Don. lib. 22. c. 5. litt. C. D. E. F. G. H. Zanger. de except. p. 3. c. 17. n. 16. & seqq. quoniam verò possessor ædificii non eò ipsò possidet singula tigna ut singula. Struv. Exerc. 42. b. 12. sed tantum se defendere potest, ne cogatur exhibere tignum, ideò licet conventus de ædificio integro restituendo, non censetur conventus de tigno & materiâ ex qua factum est ædificium: eaq; propter absolutus à restitutione ædificii non habet exceptionem rei iudicatæ, si ædificiò casu dirutò tignum vindicetur l. 7. §. 2. ff. de Except. rei jud. Zanger d. l. n. 25. Hilliger ad Don. l. 22. c. 5. litt. J.

#### XLVII.

Causa petendi dicitur fundamentum actionis, propter quod actor sibi dari vel fieri vel restitui quid petit, cuique reus principaliter contradicit. Quod fundamentum in realibus actionibus est *jus in re*, in personalibus verò est *obligatio*: Quoniam verò eadem res ex variis causis deberi, res autem nostra non nisi ex una causa talis esse potest, igitur si quis in reali actione tantum jus suum in re tanquam causam petendi adduxerit & victus sit, non potest eandem rem postea alia causa vindicare, si verò simul adduxerit, ex qua causa putet se jus in re habere, & ex hac causa non obtinuerit, ex alia causa eandem rem postmodum petere non prohibetur, v. g. si quis rem vindicaverit, quòd patri ipsius à domino donata fuerit, & propter non probatam donationem victus sit, postmodum ex legato agens exceptione rei iudicatæ non repellitur; quòd si personali actione. v. g. ex empto centum petierit & victus

ctus.



Etus fit, ex locato aut alia causa postmodum centum petens excep-  
ptione hac non repellitur *l. 11. l. 14. §. 2. ff. de Except. rei jud.*  
Sic si quis hereditatis petitione conventus ut edat inventarium ab-  
solutus sit propterea, quod jure crediti retineat bona defuncti, po-  
stea ut creditor ex alia causa conveniatur, ut edat inventarium &  
reddat rationes, exceptione rei judicatae se liberare non potest.  
*Mev. p. 3. Dec. 307.* Ad producendam tamen hanc exceptionem,  
non præcisè necessarium est, ut eadem omnino sit actio, sed suffi-  
cit, si eadem quaestio recurrat in secundo judicio, quæ in primo fu-  
it ventilata, *l. 3. l. 5. l. 11. §. 4. l. 14. ff. de Except. rei jud.* Si igitur  
in hereditatis petitione aliquis succubuerit, postea familiae  
Erciscundæ judicio agens exceptione rei judicatae repellitur. Brun-  
nem. *ad l. 3. ff. de Except. rei jud.*

#### XLVIII.

Eadem personæ hic dicuntur principalis & mandatarius sive  
procurator, autor & successor. Competit igitur hæc exceptio illi,  
cujus nomine alius litem suscepit. *l. 11. §. 7. h. t.* Competit etiam  
patri pro cujus filio judicatum est. *d. l. 11. §. 8. h.* datur etiam illi,  
qui causam à victore habet, sive sit universalis sive singularis suc-  
cessor *l. 9. §. fin. h.* etiam cui res, super quâ judicatum est, pignori da-  
ta est *l. 11. §. fin. ff. h.* item fide jussori *l. 21. §. fin. h. t.* Et opponi  
potest hæc exceptio ipsi victo, omnique illi, qui causam à victo ha-  
bet. *l. 28. ff. h. t.* sive ergo ex titulo universalis sive ex titulo singu-  
lari causam habeat, nocet exceptio, ut etiam cessionario & simili  
personæ possit opponi. *Carpz. lib. 2. tit. 10. Resp. 104. n. 16. &  
seqq.* Sande de Cess. act. *c. 13.* Et pluribus hanc rem persequi-  
tur Zanger, *de Except. p. 3, c. 17. n. 59. & seqq.*

#### XLIX.

*SEPTIMUS* & ultimus effectus (de aliis enim effectibus,  
quòd inducat notorietatem, quòd operetur præsumptionem, quòd  
inducat novationem, quòd constituat victorem in bona, & vi-  
ctum in mala fide, jam non attinet agere, cum de iis jam supra in-



cidenter sit actum) est, quod operetur paratam executionem; ut victor statim officium judicis pro sententiæ executione possit implorare. Speculator tit. de execut. §. breviter. §. Coler. de process. execut. p. 2. c. 2. §. 3. Interest enim Reipublicæ, ut lites per rem judicatam finitæ exitum sortiantur. Facit huc, quod Ord. Trib. VVism. p. 3. tit. 1. §. 1. scriptum. Weil die Urtheil und gerichtliche Verordnungen vergeblich und unnütz/ die Justiz auch nur ein Schatten Werck seyn würde/ wan dabey kein Nachdruck und Gehülfe / sol mit allem Ernst und Eysser / was gerichtlich abgesprochen / wan es nicht durch einß derer in dieser Ordnung zulässigen Mittel angefochten / oder auch / ob dieses also geschehen / solches doch den Rechten und dieser Ordnung nach / nicht anzunehmen / nicht zu achten / oder auch nicht effectum suspensivum hat / durch die unnachlässige execution vollstreckt werden. Est verò executio nihil aliud, quam actus, quò jussu judicis id, quod per sententiam obtentum est, victori verè præstatur.

II.

Regulariter verò jus exsequendæ sententiæ habet is, qui habet jurisdictionem, sine exsequendi enim facultate frustra esset omnis jurisdictio & sententia, sive igitur quis propriam sive mandatam habeat jurisdictionem, jus exsequendi habet. Exsecutio enim in causis civilibus ad mixtum Imperium spectat. Klock v. 1. conf. 37. n. 55. eandemque Principis vel Pontificis delegatus potest. Quoniam enim jurisdictionem judicis que dandi licentiam habet, & propterea à Principe delegatus censetur, ut ab ipso potius, quam ordinario, exsecutio peragatur. l. 5. C. de judiciis. arg. l. 15. ff. de re jud. Speculator tit. de Executione §. Nunc dicendum 2. Christin. vol. 4. Dec. 101. n. II. Gail. 1. O. 1. n. 53. Circa allerius verò judicis delegatum potissimum forma commissionis est attendenda, hæc enim ut strictè est interpretanda, ità ejus fines delegatus excedere non debet. Si igitur tantum cognitio & judicatio commissa est, executio commissa non censetur, sed ab ipso delegato est facienda l. 15 ff. de Re jud. Quin tamen executio in specie alteri mandari, aut per literas mutui compassus rogari possit, dubium



biūm non est. Berlich. p. i. concl. 79. per tot. Experientia etiam docet in quibusdam locis alii competere dijudicationem, alii verò executionem: Sic Camera Imperialis merum Imperium in delinquentes exercet. Civitas verò Spirensis sententiam latam exsequitur. Idem obtinet in Comitatu Veldentiaë, ubi illustrissimi Comites Palatini apprehensionem, incarcerationem, torturam & condemnationem habent. Archi Episcopus verò Trevirensis executionem. Knipschild *de jurib. Civ. lib. 2. c. 6. n. 35. & 36.* sic civitas Erphordiensis habet executionem sententiarum ab Archi Episcopi iudicibus latarum. Gylman *rom. 1. p. 1. de reconu. vol. 1. n. 67. & 132.* Hanc tamen exsequendi facultatem nec superioritatem nec jurisdictionem tribuere in ipsum iudicem pronunciantem bene observat Klock. *vol. 1. Conf. 37. n. 113. & 14. Gail. 1. Obs. 131.* An verò in nostro Imperio iudicium Aulicò Cæsareum possit propriam auctoritate exsequi sententiam à Camera Imperiali latam, dubiò non caret. Hoc tamen constat, quòd in causis gravissimi momenti, quæ salutem & tranquillitatem Imperii spectant, super uno eodemque facto, super quo mandata in Camera emanarunt, simul in iudicio Aulico mandata sint decreta, & huc spectat, quòd refertur in *vol. Camer. Klock. Relat. 167. n. 59. §.* So viel seine Kaysersl. Mayst. eigenes Interesse. In universum verò circa executionem in primis observandum, ne quis hanc sibi arroget, qui ius exsequendi non habet, uti hoc late & ex professo tractavit Klock. *vol. 2. Conf. 99.*

## LI.

Fit executio regulariter contra eum, qui ritè condemnatus *l. fin. C. de exec. rei jud.* Non igitur fieri potest contra procuratorem, nisi sit talis in rem suam *l. 61. ff. de procur. l. 4. ff. de re jud.* Nec fit contra Syndicum. *l. 4. §. 1. & 2. ff. de re jud.* Nec contra tutorem vel coratorem *l. 1. 2. ff. de adm. tut.* Carpz. *p. 1. Const. 32 d. 14.* Nec contra pupillum indefensum, nec contra hereditatem jacentem. Neque contra testem, qui non fuit in lite *arg. l. 63. de re jud.* Itaque ob debitum mariti non est decernenda executio



in bona mulieris dotalia & paraphernalia. *l. 2. C. Ne uxor pro marito* Coler. *de process. execut. l. 2. c. 3. n. 262* Carpz. *de process. tit. 25. art. 1. §. 4. 5. 6. 7.* Et si plures sint heredes, regulariter contra unum executio fieri non potest, Et si plures sint obligati ac condemnati, contra unum executio in solidum fieri non potest *l. 43. ff. de Rejud. add. C. 7. A. de re jud. th. 93.*

### LII.

Fit executio in bona condemnati, *l. 3. C. quando ex fact. tut. l. 25. ff. de rejud.* Ad bona verò debitoris spectat id, ad quod si amisit recuperandum habet actionem, aut si possidet, habet exceptionem *l. 52. ff. de acquir. rer. dom.* Igitur licet per pignoris dationem res alienari videatur, attamen in id, quod plus est in pignore creditori dato respectu terrii creditoris fieri potest, sic etiam in bona apud tertium deposita *l. 15. ff. de re jud.* in bona Emphyteutica, salvò tamen manente jure domini directi. In specie tamen ab executione exempta sunt instrumenta rustica ad agriculturam necessaria *l. 7. l. 8. C. quæ respign. obl. poss.* arma & stipendia militum *l. 4. C. de exec. rei jud.* aliaque res, quæ recensentur in *Coll. J. Arg. de re jud. th. 95.*

### LIII.

Modus exequendi in Jure Justineaneo quadruplex occurrit, *primus* modus est, ut manu militari res victori præstanda à victo auferatur, *secundus* ut victor mittatur in possessionem, *tertius*, ut pignora ex bonis victi capiantur, *quartus* ut corpus victi apprehendatur. Manus militaris alia dicitur castrensis, alia non castrensis. Brunnem ad *l. 68. ff. de R. V.* Castrensis est, quâ Majestas civilis utitur ad Rēpublicam ab hostibus internis vel externis defendendam. Talis regulariter non est adhibenda ad executionem in causis civilibus & privatis, *arg. l. 1. C. de off. milit. judic. N. 116.* Non castrensis est manus apparitorum & stipatorum viatorum, qui instar militum gladiis cincti Magistratui in exsequendis decretis & sententiis erant præstò. Hilliger ad *Donell. lib. 20. c. 6. lit. G.*

Hæc



Hâc manu Magistratus usi sunt tum ad victorem inducendum in possessionem, tum etiam ad rem, quàm quis restituere iussus est, auferendam & victori præstandam. *l. 68. ff. de R. V.* Missio in possessionem vel fit ex primo vel ex secundo. Ex primo decreto facta missio est velut primus actus executionis, ut res iudicata seruetur. *l. 2. & 3. C. qui pot. in pign.* & per hoc via sternitur ad decretum secundum, & subhastationem, & ad dominium impetrandum. Quamvis autem non conveniat inter Dd. an duplex hoc decretum ad executionem rei iudicatæ spectet, tamen usus forensis satis demonstrat, etiam ad executionem rei iudicatæ non solum ad cautionem de damno infecto utrumque hoc decretum spectare. Quid verò utrumque decretum præstet, quomodo ad utrumque decretum perveniatur, & quâ formulâ concipiatur, observavit Hahn. ad *Vvesenb. de damno infect.* p. m. 285. Pignora quomodo capienda sint, tradit *l. 4. & 15. ff. de re jud.* Si autem immissio facta, pignoraque capta sint, & victus nondum paruerit rei iudicatæ, post duos menses à tempore capti pignoris distractio pignorum fieri solet. *l. 31. ff. de re jud.* Jussu enim Magistratus publicè sub hasta venditio fieri & plus licitanti adjudicari potest, ut ex pretio victori satis fiat, si autem res emptorem non invenerit, victori pro rata debiti solet adjudicari. Uti hoc Berlich. p. 1. *Concl. 81.* & alii, qui de executione rei iudicatæ egerunt, latius sunt persecuti.

LIV.

In Augusto Camerae Spirensis iudicio secundum Ordinationem Camerae is, qui referens fuit in causa, etiam in quaestione executionis rem perpendere, & de eo

F

refer-



referre tenetur, aut ipsò absente correfereus, vel illi, qui  
relationi interfuerunt, hoc munus subeunt. Et si ità vi-  
sum fuerit, decernuntur executoriales sub certà quadam  
pana, ut victus intra præfixum terminum partitionem do-  
ceat. Si in termino non docuerit partitionem, execu-  
toriales reproducendæ, & arctiores processûs sunt pe-  
tendi, ad quàm supplicationem contra victum arctiores  
executoriales sub pœna banni decernuntur. Si victus  
ne sic quidem paruerit, nec iustas probabiles & relevan-  
tes causas pro sua excusatione adduxerit, in pœnam ban-  
ni cum expensis declaratur. *O. Cam. p. 3. tit. 48. Gail.  
de pac. publ. lib. 2. c. 6.* Factâ banni declaratione victor  
exhibet designationem bonorum & petit immisionem  
in bona banniti, quæ immissio decerni solet ità ut Magi-  
stratibus, sub quibus bona victi sita sunt, injungatur, ut  
legitimò tempore, quod juxta stylum Camerae est sex se-  
ptimanarum & trium dierum victorem in victi bona  
Executoris potestati subjecta immittat, immissumque tu-  
catur *d. 1. O. Cam. 48. & 49.* ubi simul explicatur, quo-  
modo contra potentiores sit procedendum, cujusque  
sumptibus executio sit facienda. Quoniam autem hic  
ordo in executione sermandus proluxior videtur *Rec. Imp.  
de Anno 1654. §. damit auch 159.* ad faciliorem exitum exe-  
cutio est redacta. Constitutum enim est, ut statim in  
sententia definitiva præfigatur terminus ad docendum  
partitionem sub pœna executorialibus inferi solita, aut ar-  
bitraria & comminatione realis executionis. Si vi-  
ctus intra terminum partitionem non docet, in pœnam  
declarari, & executio certis executoribus committi de-  
bet, ut si victus immediatè subsit Imperio, executio com-  
mittatur.



mittatur Principibus directoribus Circuli, sub quo bona victi sunt sita, ita tamen, ut interdum etiam vicinis Circulis auxilium præstandum injungatur, sin victus sit mediatè Imperio subdita ejus Magistratui executio committi potest.

LV.

Secundum Ord. Trib. Wismariensis distinguitur, an victus sit condemnatus ad certam rem dandam vel restituendam an verò non condemnatus sit ad certam rem restituendam. Si reus condemnatus sit ad certam rem à se possessam restituendam, illa res autoritate judicis auferenda, & victori restituenda. *Ord. Trib. p. 3. tit. 1. §. 11. & 12.* Damit auch in effectuir- und Bollenziehung der execution richtige den Rechten ehrliche Maas gehalten werde/ so soll in actionibus realibus, oder da auff ein gewisses Stück Guts/ als Haus/ Hoff/ Acker/ Wiesen und dergleichen/ geklaget/ und der verlustige Theil obangedeuteten executo- rialibus nicht pariren würde/ den executori anbefohlen wer- den/ das Gut oder Stück dem verlierenden Theil mit der That zunehmen/ und dem gewinnenden Kläger zuzustellen/ oder anzuweisen. Gleicher Gestalt soll es in actionibus per- sonalibus, als da einer ratione conventionis, contractus, oder actus alicujus besprochen und daher in ein gewis Gut/ Ding oder Stück condemniret und vertheilet/ gehalten wer- den. Si verò non sit condemnatus ad certam rem à se possessam præstandam pignora capi, & immisiones de- cerni possunt, immisiones tamen, quæ ex causa judi- cati decretæ sunt, statim habet vim secundi decreti. *d. Ord. p. 3. tit. 1. §.* Wehre aber der Beklagter in kein gewis Gut/ Ding oder Stück verdammet/ oder es müste sonst gestalten  
§. 2. Sachen.



Sachen nach die execution in andre dessen Güter geschehen / alsdan soll zum Angriff und Pfandung geschritten / die immissio erkant und verrichtet werden. Welche immissiones, so ex causa iudicati ergehen / alsofort vim secundi decreti haben und der creditor zum Besitz und Genieß verholffen / darauff fürters die distraction oder adjudication vorgenommen werden soll.

LVI.

Contraria hisce effectibus rei iudicatæ sunt omnia illa, quæ demonstrant sententiam esse nullam, aut talem, quæ sententiam in rem iudicatam transire nõ sinunt. Contraria etiam sunt præsumptio, aliaque remedia in ipso termino executionis admittenda, quæ omnia quidem prolixiozem discussionem merentur, hic tamen non sine causa omittuntur. Præmissa igitur decenti excusatione, quod propter temporis angustiam & ingenii tenuitatem, tam insignem pariter & difficilem materiam paucis hisce pagellis delineare ausus sim, minimè verò per poliverim. Deo sit laus, honor & gratiarum actio.

F I N I S.



Errata, quæ propter nimiam festinationem irrepserunt, benevolus lector ipse corriget, & in dextram partem interpretabitur.



















99 A 6930

ULB Halle 3  
002 822 520



Sh


Vb 17











170.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
**EFFECTU REI**  
JUDICATÆ

QUAM  
FAVENTE DIVINO NUMINE  
EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFI-  
CI IN ILLUSTRIS JULIA IUDICUM ORDINIS  
SUB PRAESIDIO

**DN. DANIELIS CLASENII**  
J. V. D. JUR. CAN. ET FEUDAL. PROFES-  
SORIS PUBLICI, AMPLISSIMÆ  
JURIDICÆ FACULTATIS HODIE  
DECANI SPECTABILIS  
PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI RE-  
VERENTER COLENDI  
*PRO LICENTIA.*

Summos in utroque jure honores consequendi  
Solenni Eruditorum examini subjicit  
**PETRUS CHRISTOPHORUS HEMPELL**  
Stadensis.

Ad D. 16. Septembris  
Horis ante & pomeridianis

\*\*\*\*\*  
*HELMSTADII,*

Typis JACOBI MULLERI, Anno CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup> CLXXV.

